



Hyperdvlia Mariana

**Berchmans, Johannes
Canisius, Jacobus**

München, 1636

X. Hyperduliae species, Ad honorem Virginis Marianum psalterium à S.
Bonaventura compositum orare.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55266](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55266)

X.

HYPERDVLIÆ SPECIES

Ad honorem Virginis Ma-
rianum Psalterium à S. Bona-
ventura compositum orare.

S. I.

Qui perfici in arte quapiam discipulo
alicui huius artis principi assuescit
v. g. in Grammatica, Orbilio, aut Pri-
sciano; in Poëtica, Homero, Maroni,
Nasoni, Tibullo, Propertio; in Rhetori-
ca, Demostheni, Isocrati, Crasso, Cæsari,
Tullio; in Musica, Apollini aut Orpheo;
in Pictoriâ, Apelli, vel Xeuxi; in Statua-
riâ, Mentori aut Praxiteli; in Dialecticâ,
Chrysippo; in Mathematicâ, Archime-
di; in Philosophiâ, Socrati, Platoni, Ari-
stoteli; in Theologiâ S. Thomæ Aquina-
ti; in alijs artibus ac scientijs alijs. Ad
eundem quoque modum, qui Maria-

nam condiscere pietatem gestit, alicui pietatis huiusce Magistro se dedit. Talis autem fuit S. Bonaventura plerorumq; Marianæ pietatis Magistrorum facile princeps. Huic ergo Berchmannus adhuc adolescentulus, mox ut in Marianum Sodalitium admissus est, diligenter assuevit, dum quotidie proprias B. Virgini preces è Mariano psalterio (quod S. Bonaventura composuit) diligenter persoluit.

Cepar. pag. 14.

§. I I.

Premium Hyperdulia

Fuit, quod Berchmannus suam hæc methodo pietatem mirificè inflammavit, sibi Reginam cælitum conciliauit & Bonaventura tanto Marianæ pietatis Magistro usus, mirificè in illâ profecit,